# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Nobilitas p
cum fontibus primis

Eis qui non nati sunt nobiles sed facti

erat M. Agrippa inter eos, qui non nati sunt nobiles sed facti.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor), *Controuersiae libri decem*, 2, 4, 12 (L. Hakanson ed., p.102, l.12).

nichil crudelius, iuxta illud:

[fons nondum repertus]

Asperius nichil est humili cum surgit in altum.

Seneca ibidem (de sententiis oratorum).

asperius nihil est humili cum surgit in altum:
/ cuncta ferit dum cuncta timet; desaeuit in omnes / ut se posse putent, nec belua taetrior ulla / quam serui rabies in libera terga furentis; / agnoscit gemitus et poenae parcere nescit, / quam subiit, dominique memor quem uerberat odit.

Claudius Claudianus, *In Eutropium liber prior*, 181-186 (J.B. Hall ed., p.150).